HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS
Entstehungsort unbestimmt, 1424 Seite 126v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



conspectudine et cōmunione longe alienam. Accipe igitur eam sicut commendatum celestem thesaurum, ut dimittatis diuitias, sicut plenissima substantia, sicut perfectam institutam. Accipe eam sicut unigeniti mansionem sicut honorabile templum sicut domum dei, sicut cūctorum omnium opum, sicut regis et superni celestis domum in maculatam. Sta igitur Joseph fili dauid. Ne timueris accipere eam tibi cōmendatam. Tuae religiosae credita seruat, fer eam, attende, surgens abhinc de duc in egiptum. Sibi remanens post herodis mortem, deduc in terram israel. Nec timueris accipere maiorem coniugem tua. Coniugem audiens non expauescas, non turberis, nec tu nec quisque sequentium, usque in consumationem seculi. Coniugem eam dico propter ut diabolo diuinitatem eius occultet, ut indecorem puritatem excludam atque deiciam, ut legis institutio non destruam. Sicut in consequentibus demonstrabo, ipsa nec tua coniux, sed consuetudine coniugii habebatur. Nec iste qui gnatus, huius filius esse credebatur. Nam cum concepta nascetur de spiritu sancto est. Ipsa salus operator huius natiuitatis spiritus sanctus est. Nam unigenitus filius, qui ante secula in ineffabile, ex solo patre natus est. Iam seculi principante fine, ex voluntate patris in hunc mundo corpore, sancto operante spiritu, inter homines venit. Iste est de quo scriptura praenuntiauit dicens. Puer natus est nobis et filius datus est nobis. Patris etenim unigenitus filius ex virgine generatus est, ut illam virginitatem, eiusque a ceciderat, illam reuocaret, atque erigeret. Et qui per primam voluntatem filii effecti fuerant diabuli per adoptationem gratiae filios efficeret dei. Pariet inquit filium et vocabis nomen eius iesum. Vir igitur gnatus et tu huic genitus vocabis iesum, quia in eiusdem salutem. Ipse enim salum faciet populum suum a peccatis eorum. Vocabis ait nomen eius. Hoc quia ante fuit, quia ante secula nominatus est. Non tu ei ponis nomen. Nec ego te ei vocabulum constituo, sed nomina, et nomina eo ultimo iesum, id est saluatorem. Saluatorem eum esse testatur, nec ego ipse cepisse saluare, sed iam antiquissimum saluatorem. Ipse enim salum faciet populum suum a peccatis eorum. Duo enim haec probabilia designat. Et et deus fuerit et dominus populus ante in aeternum populus, et quia populus eius ab ipso saluandus, iam tunc ad mucrabat. Et ideo dicit est. Ipse enim salum faciet populum suum a peccatis eorum, ut vere deus. Dei enim est vobis, aspecto saluare

ut nota dimittis